



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

19 Annulus Episcopalis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

annum Christi centesimum; in epistola sua 2.
 sicut apud Surium tomo 1. Conciliorum vide-
 re est. qui locus & in Gratiani decretum relatus
 est. c. sicut vir. 7. q. 1. Sic etiam locutus est at-
 que docuit non ita diu post Diuus Calixtus in
 epistola sua 2. simul relatus à Gratiano in c. si-
 cut alterius vxor. 7. q. 1. sic deniq; Patres Con-
 ciliij Remensis quod Caroli magni temporibus
 celebrabatur & loquuti sunt & constitue-
 runt, Sanctum Calixtum quoque referentes
 orthodoxem; non quidem primum, sed perpe-
 tuam ecclesiæ Christianæ formā & in loquen-
 do consuetudinem secutum. c. sicut in vnaqua-
 que ecclesia. 21. q. 2. Quid? Christus ipse,
 cuius vice fungebantur Apostoli, quorum suc-
 cessores Episcopi sunt, sponsam sibi coniunxit
 ecclesiam; vel ipsa teste scriptura sacra. nihil
 aliud Episcopali annulo denotante quàm hanc
 de qua agimus desponsationem coniugiū-
 que spirituale, qua de re plusculum diximus a-
 libi, partim scilicet in d. c. requisisti. nu. 82. &
 legq; partim in c. Clerici officia. de vita & ho-
 nest. cler. ad verb. sed nec annulos, nisi qui-
 bus competit ex officio dignitatis. Argumen-
 tum Duareni prorsus est ineptum; nam dice-
 re, non licet Episcopis migrare quia vel a-
 maritæ vel ambitionis est, ergo coniugium
 spirituale non est inter Episcopum & eccle-
 siam; perinde est atque si quis diceret, non li-
 cet maritis miscere sese mulieribus aliis quia
 libidinis est vel propter libidinem hoc faciunt,
 ergo matrimonium vel coniugiū non est inter

a v mari-

19

*Annulus E-
piscopalis.*

20

*Argumenta-
tio Duareni
ineptis.*